



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Interpretatio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

## INTERPRETATIO.

327

Cōpletorium Festi inclusuē, admittunturq;  
interdicti ad diuina Officia, & sepulturam.

\*Vide c. Alma mater. de sent. excom. lib. 6 Ful.  
c. 43. Nau. l. c. num. 182. Tol. num. 8. l. 1. c. 20. Coua.  
l. c. 5.

*Interpretatio, vide Consilium, Dispensatio,  
Lex, Pœna, Verba.*

**I**nterpretatio in pœnis facienda mitior, in  
fauorabilibus amplianda, in dubio facien-  
da ut potius valeat res, quam pereat, & quidē  
dubia interpretanda in partem melior. m., &  
benignitatem, & probabiliorem, & ea profe-  
renti utiliorem, & secundum antecedentia,  
& sequentia, & præsumendo bonam fidem,  
vt in facto, vel possessione.

\*De interpretatione, & abrogatione legis  
A. or. l. s. c. 16.

\*Azor. l. c. q. ii. Vide Syl. interpretatio. nu. 5. et  
vers. Lex. à nu. 16.

2 Vbi tractatur de obligatione; strictè inter-  
pretandum.

3 Masculinum in fauorabilibus compre-  
hendit fœmininum, in contractibus non  
comprehendit.

4 Aliquis, comprehendit etiam fœminam.  
Alius, & aliud, significant similia.

5 Cum lex prohibet ne quis interpretetur,  
non prohibet Doctores, aut Tribunalia, quin  
possint, secundum doctrinam communem  
interpretari.

\*In:

\* In ambiguis obscuris, & incertis solius  
Principis est legem interpretari A<sup>z</sup>or. l.c.q. 16.  
6 Modicæ solemnitatis omissione non vitiat  
actum.

7 Edicta non prohibent opera alioqui bona,  
sed ea in quibus aliquod latet malum, aut  
periculum.

8 Non dicitur presumere, qui probabiliter  
credit se bene facere.

9 Quando principale non tenet, nec accesso-  
rium. *Vide gloss. cap. 5. de donat. inter vir. & uxo-  
rem.*

10 Quod est inutile, pro nullo habetur, &  
pro non scripto, quod non intelligitur, aut &  
què bene varijs modis, est enim inutile.

11 Clausula vltima generalis refertur ad om-  
nia precedentia, nili ratio sit diuersa.

12 Cum dispositio finitur primo actu, si ille  
est nullus, vel inutilis, potest repeti.

13 Dicens de uno, de alio negare videtur.  
14 In generali sermone intelligitur excepta  
persona loquens.

15 Usus loquendi communis præfertur in  
omni materia propriæ verbi significationi.

16 Repulsus à re maiori, non censetur repul-  
sus à minori.

17 Rite, significat solemnitatem, Restè, iu-  
stitiam.

18 Etsi communiter in clausula generali no-  
veniunt requirentia speciale mandatū, quale  
requi-

requiru-  
ficia, d-  
qui ger-  
appare  
*\*Vide*

*Irreg*

*1 Irre-  
di on-  
verò ali-  
sum alio-  
\*De Ir-  
d. 7. q. 19.  
rus lib. 6.  
Clem. sifra  
4. a. c. 6. V*

*\*Nau.*

*2 Irreg-  
quædam  
Doctore  
delicto in  
omnibus  
um est c  
\*Innoc.  
recenset c  
spensione*

Soliū  
q. 16.  
Viciat  
i bo-  
n, aut  
piliter  
cello-  
vxo-  
ur, &  
aut  
d om-  
si ille  
ur.  
cepta  
etur in  
oni.  
repul-  
rè, iu-  
ali nò  
quale  
requir

IRREGULARITAS. 329

requirunt corrigerē, deponere, conferre beneficia, dare dimissorias; tamen venit cum alioqui generale esset frustra; aut cum ex verbis appareret talis esse concedentis intentio.

\*Vide Syl. Clausula. nu. 2.

Inuentum, vide Thesaurus.

Ira, vide Indignatio.

Irregularitas, vide Absolutio, Censura,

Episcopus, Suspensio.

1 Irregularitas est impedimentum accipiendi ordines, aut acceptis vtendi. Impedit verò aliquando solam acceptionem, non usum: aliquando usum unum, & non aliud.

\*De Irregularitate Sot. d. 25. q. 1. art. 3. Val. t. 4. d. 7. q. 19. Nau. c. 27. à n. 19. Vinal. p. 2. Canon. Sayrus lib. 6. de censuris. Maiol. integro volum. Cou. in Clem. si furiosus, Tol. lib. 1. à c. 24. Philiarcus p. 1. l. 4. à c. 6. Villadiego, & alij multi.

\*Nau. l. c. nu. 191.

2 Irregularitas non est censura, sed poena quædam seu inhabilitas: Itaque graues quidam Doctores comprehendi dicunt eam, quæ pro delicto imponitur, nomine Absolutionis ab omnibus poenis, sed falsò: quia in contrarium est consuetudo. Vide Nau. c. 17. nu. 254.

\*Innoc. III. c. Quærenti de verb. sign. tres solū recenset censuras, excommunicationem, suspensionem. Interdictum.

Itaque